



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Synodi Bonnenses, ab eodem Episcopo, tanquam Praeposito & Archidiacono Bonnensi, celebratae ab anno MDCXXIX. additâ Serie Praepositorum & Archidiaconorum Ecclesiae ejusdem, cum Catalogo Decanatum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

A L I A E S Y N O D I ,

P E R

Illusterrimum ac Reverendissimum Principem  
ac Dominum ,

D . F R A N C I S C V M  
G V I L I E L M V M ,

E P I S C O P V M O S N A B R V G E N S E M ,  
M I N D E N S E M E T V E R D E N S E M ,

V T I

P R Æ P O S I T V M E T A R C H I D I A C O N V M  
B O N N E N S I S E C C L E S I Æ ,

Celebratæ ab Anno Christi M D C XXIX .

Circa



Ircā annum Christi, Domini ac Salvatoris nostri, trecentesimum decimum, sancta HELENA, mater Constantini Imperatoris, inter alias plures, quas ubique fundavit, Ecclesiās, ac praeſertim Coloniā permagnificam sancto Gereoni & sociis Martyribus, nec non Xantō, sancto Victori & sociis Martyribus, insignes exſtruxit; aliam, praegrandem etiam, sanctis Cassio, Malbusio, Florentio, & trecentis aliis Sociis, sub sancto Valentino Tongrenſi Episcopo, Bonnē adiſcavit, ac liberaliter dotavit; fundando ibi in ſigne Monasterium, nunc autem à multis ſeculis, &c., quantum colligere licet, circa annum Domini octingentelimum octuagēſimum tertium, in Canonorum Collegium converſum; qui, numero trīginta duo, præter Præpoſitū & Decanū, le institutōs à sancta HELENA, etiamnū hodie gloriāntur. Quibus poſtea Gerhardus Præpoſitus, Anno M C LXVI, de ſuo alioſ octo junxit ac fundavit Canonicos. Sunt præterea in eadem Eccleſia viginti octo Beneficiati, quoſ Vicarios vocant, à piis hucusque fundati. Arnoldus, Archiepíſcopus Coloniensis, cum variis Epifcopicis tunc præſentibus, & Capitulo ſuo Metropoliſtico totoque Clero, ſuo ſpeciali Diplomate de Anno M C XXXVIII teſtatur, huic Præpoſitura Eccleſiaeque Bonnenſi, à primā ūi constitutione, adjunctū fuiffe Archidiaconatum, & non ſolum inſignem Iuridiſtiōnem, ſed etiam ante alios Coloniensis Eccleſiae Archidiaconos & Prælatos, poſt Præpoſitum Metropoliſtānum, præeminētiam ab antiquo ubique habuiffi; prout etiam nunc habet. Vnde antiquissima eft Præpoſitura, latiſſime patenteſ habens Iuridiſtiōnem ſpiritualē. Sunt enim quinque ampliſſimi Decanatus rurales, cointinentes Parochias, quaſ infra ſubſiēntur. In hiſ Decanatibus, ſinguliſ anni, ſtatis temporibus, celebrauntur Synodi Archidiaconales, juxta Conſtituções Metropoliſtas. Officialis, Sigillifer, aliique plures ministri Curiæ Archidiaconalis, ſuum exercent officium ac potestatē; quaſ etiam habent cum Archiepíſcopaliſbus Ministris concurrentem. In temporalibus etiam non modicam habet iuridiſtiōnem, ſuper Domina Popelsdorff, Ippendorff, Eedenich & Lengsdorff. habet inſuper & aliorum inſignium Officiorum hæreditariorum collationem; ut ſunt, 1. Officium Pincernā hæreditarii; cujus moderni poſſeffores exiſtunt Nobiles Raitz de Frentz. 2. Officium Mareschallī hæreditarii; hujus poſſeffores, Nobiles de Reuen. 4. Officium Aule magiſtri hæreditarium; hujus poſſeffo-

res, Nobiles von der Leyen. 4. Officium Camerarii hæreditarii; hujus moderni exiſtunt poſſeffores Barones de Wein. Eaque officia, quoties vacant, ſemper iterum à Præpoſito prænobilibus familiis conceduntur. Habet præterea dicta Præpoſitura Feudatarios ſeu Vaſallos Nobiles, præter diuersos alios, ultra trīginta.

Cum, Anno Christi M D C XXIX, menſe Februario, obiuiſſet Dominus Ioannes Cholnius, S. Theologiæ Doct̄or, Presbyter Canonicus Metropolitanae Coloniensis, nec non Leodiensis, & Archidiaconus Hannoniæ, hujus etiam Eccleſia Præpoſitus; eidem in ea ſucceſſit immeđiate, uti aſſumptus & datus Coadjutor, à Sede Apoſtolicā, cum ſpe ſucceſſionis, juxta Bullam Urbani VIII, octavo Idus Auguſti M D C XXIII, Illuſtrissimus ac Reverendissimus Princeps ac Dominus FRANCISCUS GUILIELMUS, Epifcopus Oſnabrugensis, Præpoſitus Cathedralis Ratisbonensis, Oethingenſis & Monacensis, Canonicus etiam Cathedralis Frilingensis, Comes de Wartenberg, &c. Qui ſemper hucusque ſupradictas diligenter celebrauit Synodos annuāles; & quando ad Rhenum fuit, iis in perſona præſedit; vel, quatenus bellica pericula conſeſſerunt, etiam per ſuum Officialem ac Sigilliferum, nec non alios Commissarios, executus eſt. Pro reformatione etiam Cleri, ac religionis conſervatione, majore partem ipſem (habitā à Sereniffimo Electore potestate exercendi in hoc Archidiaconatu ſuo, uti Suffraganeus Eccleſiae Coloniensis natus,) reliquam, per dictos Commissarios, pro Archidiaconali officio viſitans, Pontificalia ubique exercuit.

Quæ cum omnia Coloniensem Metropoliſtān concernant; placuit, nonnulla, de Præpoſitis Bonnenſibus & eccleſiaſtico diſtričtu, pro notitia adjicere; annexā tamen hic priuā aliquai Eccleſiae Bonnenſis deſcriptione.

Præcipuā inprimis veneratione in hac Eccleſia coluntrū Sancti, Cassius, Florentius, Malbusius, & ſocii, ex eadem Thebærum legione, non procul inde in valle, ſeu profunda quadam viā, martyrio affecti. Collegiataque Bonnenſis Eccleſia, ad dictorum Martyrum honorem, Deo dicata eſt; & Corpora corundem ibidem à multis ſeculis honorifice aſſervantur. Inſignis hujus Eccleſiae ſtructura eſt, & amplitudine ac magnificentiā Cathedrales adaequat. Tres naues, media, & laterales minores, ad Crucem uſque, (in cuius formam exiſtructa eſt,) inferiore templi partem conſtituent. In medio Crucis, quatuor columnis præalta turris, plurimis ac magnis campanis inſtructa, & ad multa millaria conſpicua, ad ornamentum urbis innititur. Turrim, ac ſuperiore Eccleſiae partem, aliaque, prout ex verſibus, in clauſtris lapidi inciſis, videre licet,

Gerhar-

Gerhardus, Comes à Seyna, septimus hujus Ecclesiae Præpositus, exstruxit; ac insuper octo tenuiorum Præbendarum redditus ad æqualem reliquis portionem adduxit; adeo ut in eadem Ecclesia de facto adhuc triginta octo numerentur Præbenda Canonicales, duabus è quadraginta extinctis, una Decanatu incorporata, altera in duos Vicarios semi-præbendatos divisa. Præstimonias quoque Laicales plures habet, ac Hospitale etiam, peregrinis patens. Sacrè supelleftile adhuc de presenti est insigniter instructa; ampliorem ante bella Truchesii habuit; ac, per illos tumultus, in sola prædicta supelleftile, ad sexa-

ginta millia Thalerorum Imperialium damnum est perpesta. Renovarunt eandem Ecclesiam Canonici anno M D C LII, & novo Organo ac Altari majori instruxerunt.

Ac, licet variis bellis incendiisque huic Ecclesiae varia damna accederint, &, tum Præpositura, tum Capituli & Ecclesiae multa monumenta perierint; tamen ex iis, quæ subsunt, sequentes Præpositos fuisse, magno labore ac studio eruimus. Monendum interim Lecto, quod, ob has præfatas injurias, series continuata, annique certi vel possessoris vel obitus haberi non potuerint.

## SERIES AC ORDO PRÆPOSITORVM ET ARCHIDIACONORVM B O N N E N S I V M.

**P**Ostquam *Wilibertus*, Archiepiscopus Coloniensis, circa annum Christi D CCC LXXXIII, fratribus sancti *Cassii* in palude nuncupatis concessit proprietates Præbendarum; cœperunt Præpositi & Canonici hujus Ecclesiae; eorumque fuit

I. G E V E H A R D V S. Hujus in testamento suo meminit Bruno I, Archiepiscopus Colonensis.

II. E R A C H I V S , aliis E V E R H A R D V S , etiam E V E R C A R V S dictus, Saxorum claro sanguine oriundus, vir apprimè doctus, eoque Ottoni Imperatori, & Divo Brunoni, Archiepiscopo Colonensi, percharus. Hic succedit Baldrico, Comiti Montensi, in Episcopatu Leodiensi, anno D CCCC LIX; fundatisque variis Ecclesiis, Monasteriis, & scholis, moritur anno D CCCC LXII.

III. F O L C O M A R V S , aliis V O L C M A R V S . hic Divo Brunoni, Archiepiscopo Colonensi, viventi Consiliarius fidelissimus, defuncto etiam in Archiepiscopatu fuit surrogatus. Præfuit circa annum Christi D CCCC LXV.

IV. R E G I N A R D U S , ex territorio Colonensi, præclaro genere ortus, ab operibus misericordia in pauperes, condicetus Eleemosynarius; multum familiaris, collateralis & dilectus S. Heriberto, Archiepiscopo & Electori Colonensi; fuit etiam Canonicus Metropolitanus Colonensis, Præpositus Tornacensis, & Archidiaconus Virdunensis; demum Durando Episcopo Leodiensi defuncto surrogatus, confeleatur a S. Heriberto, Archiepiscopo Colonensi, Episcopus, postquam Virdunensem Episcopatum (ad quem communis etiam populi voto requirebatur) repudiasse. Sedit circa annum M XXII, &, multis pro Ec-

clesia Dei præclare gestis, moritur circa annum M XXXVI.

V. S I G E F R I D V S , præfuit circa annum M C. Huic, & Capitulo suo Bonnensi, Fridericus Archiepiscopus Colonensis, circa annum M C X , donavit vineas circa Civitatem Bonnensem, juxta villam quæ dicitur Stockheim; ea conditione, ut perpetuus ipsi celebraretur Anniversarius. Idem Fridericus Archiepiscopus, tempore dicti Præpositi, fundavit Hospitale apud Ecclesiam Bonnensem.

VI. C U N R A D V S . Hunc aliqui volunt fuisse postmodum Archiepiscopum Colonensem; & ab Honorio Papa II creatum Cardinalem. Præfuit circa annum Christi M C XVI.

VII. G E R H A R D V S , C O M E S D E S E Y N A , vir magnæ prudentiæ, pietatis & eruditionis; gratissimus fuit variis Pontificibus, imprimis vero Innocentio Papa II; qui dicto Gerhardo & Successoribus non solum confirmat allodium Enderich, & mansum in Remendorff, sed insuper eum in specialem filium, ejusque Successores & bona in patrocinium sanctæ Romanæ Ecclesiae, suscepit, tribuens eis potestatem liberè ad eam à quocunque gravamine appellandi. Eadem postmodum confirmat, & majora concedit Eugenius Papa III; qui, inter reliqua, sessionem, stallum & locum, tam in Choro sancti Petri Coloniae, quam in publicis processionibus sive conventibus, ipsi Gerhardo jam ante in contraditorio contra Præpositos Xantensem & sancti Geronis Colonensem, ab Archiepiscopo Colonensi Arnoldo, in confessu diverlorum Episcoporum totiusque Cleri, anno M C XXXVIII adjudicatum, stabilivit. Præpositumque in specialem protectionem sancti Petri & suam suscepit. Subsequentes dein Pontifices eadem, majoribus superadditis, confirmarunt,

marunt, Victor Papa IV, & Alexander III. Quorum prior, Castrum in monte Draconis, perpetuis temporibus debere consolidari Praepositurae, decrevit; prout jam dudum ante Arnoldus I, Archiepiscopus Colonensis, consentiente Capitulo suo Metropolitico, Statibusque patris, concederat. Charissimus item fuit Regi Romanorum Conrado, nec non Brunoni II, Arnaldo I, Friderico, Arnoldo II, & Reinoldo, Archiepiscopis Colonensibus; à quibus omnibus varia & insignia, impetravit privilegia. Hujus Gerhardi tempore, Reinoldus, Archiepiscopus Colonensis, Comes à Dassel, corpora Sanctorum, *Cassii*, *Malhusii*, & *Florentii*, ac sacerdotum *Martyrum trecentorum Thebaeorum*, prope Bonnam ē terra, magna solemnitate & populi concurso, (postquam d cc LXXV annis in terra pulvere jacuerant,) elevavit, &c, ad instantiam dicti Gerhardi, Bonnam transtulit, ibique Anniversarium Tranlationis in perpetuum prima Maji instituit servandum. Idem hic Gerhardus, postquam octo Præbendas Canonicales, ultra illas triginta duas à S. Helena fundatas, de novo fundavit, (prout id dictus Reinoldus Archiepiscopus pluribus suo diplomate deprædicat, & anno M C LXVII confirmat,) ædificia varia, tam in Ecclesia quam extra eam, tum extrixit tum restauravit. Tandem, ultra quinquaginta annos existens Praepositus, plenus dierum & meritorum, moritur, & Bonna ad ambitum in Sacello sepelitur, anno M C LXXVII. In hujus honorem sequentes in claustro reperiuntur, lapidi incisi, versus:

*Nemo priorum tanta restruxit, quanta Gerhardus,*  
*Nobilis ortu, clarior aetu, gloria stirpis.*  
*Mutat opes, non ponit opes, dum talia condit*  
*Atria claustrorum, mœnia templi, plena decore.*  
*Quod fuit arctum, construit amplum, sordida mundans.*  
*Dum nova confert, funditus auffert altaruine.*  
*Vibus apium, quicquid ineptum, reficit omne.*  
*Gratia Christi conferat ipsi præmia Regni.*

VIII. LOTHARIUS. Hic ab Alexandre Papa III, & Philippo Archiepiscopo Colonensi, impetrat confirmationem privilegiorum antiquorum, multis novis superadditis; varias villas & decimas, cum consensu Superiorum, concedit suo Capitulo. Defuncto Philippo Archiepiscopo, electus una cum Brunone Comite de Altenae, ei libenter cedit, utpote moderati ingenii & consilii, vir pacificus & pius. Moritur circa annum M C XCVII.

IX. BRUNO, COMES DE SEYNA, succedit circa annum M C XCVIII. Huic ab Innocentio Papa III confirmantur privilegia antiqua, & in specie illud præminentiae, de quo ante in Praeposito Gerardo. Obtinuit & nova, sub data Laterani xi Kal. Iunii de-

anno M C XCVIII. Hic, deposito, à Sede Archiepiscopali Colonensi, turbulento Bruno, Comite de Altenae, anno Christi M CC V surrogatur. Floruit hoc tempore Beatus *Hermannus*, ex Paatore S. Martini Decanus Bonnensis, postea Abbas in Marienstet, Ordinis Cisterciensis. Hujus memoria est in fastis seu Necrologio Ordinis, xxxi Martii.

X. OLIVERIVS SAXO, Scholaisticus Colonensis, præfuit circa annum M CC XX; vir eximie doctus, & insignis prædictor Crucis pro subsidio Terræ sanctæ. fit Episcopus Paderbornensis anno M CC XXIII; tandem etiam ab Honorio Papa III creatus Cardinalis Sabinus, cum Nicolao Tusculano ad Fidericum Imperatorem Legatus missus: moritur circa annum M CC XXIV.

XI. HENRICVS DE MELLARCH. Hic, multis prædictis virtutibus, communis omnium consensu eligitur successor sancti Engelberti Archiepiscopi Colonensis. Præfuit circa annum Christi M CC XXV.

XII. IOANNES. Hic se obligat Capitulo, quod quasdam villas & officia non velit conferre, nisi Canonicis actu residentibus; sub xviii Kal. Iulii de anno M CC XXVIII. Præfuit circa annum M CC XXVII.

XIII. GODEFRIDVS, COMES DE RAVENSBERG. Hic Wilhelmum Herselensem Monachum, sibi ab Abbatem Herzogenrodensi præsentatum, in Abbatem dicti loci confirmat; immunitatem, prope suam Ecclesiam, sibi suoque Capitulo strenue vindicat, sic decadente Conrado, Archiepiscopo Colonensi, iii Kal. Iunii de anno M CC LVI. Præfuit circa annum M CC XLV. Moritur anno M CC LVII.

XIV. IOANNES. Extat hujus viri memoria in Ecclesia Bonnense. Præfuit circa annum M CC LXXVII.

XV. REINARDVS, COMES DE WESTERBURG. Fuit singularis vindex Iurisdictionis & immunitatis suæ Ecclesiæ; obtentus à Nicolao Papa contra Civitatem Bonnensem sententiâ, ejusque etiam executione; promulgata quoque contra Magistratum, Scabinos & cives inobedientes, in Vigilia S. Bartholomæi Apostoli, sententiâ interdicti, anno M CC XC. Anno M CCC IV, in locum Wichboldi, Baronis de Holte, Archiepiscopi Colonensis, eligitur una cum Henrico de Virnenburg in Archiepiscopum; sed Henricus tandem Episcopatu potitur; à quo impetrat, ne Priores & Capitula Civitatis Colonensis possint imponere Decano & Capitulo Bonnense, non vocatis vel non contentientibus, aliquas contributiones; de anno M CCC XIV, die xiii Decembris. Præfuit circa annum M CC LXXXVII.

XVI. HENRICVS, COMES DE VIRNENBURG, cognomento Butzemannus, nepos Archiepiscopi Henrici. Hic concedit Civi-

Civitati Bonnensi, sub certis conditionibus, accisiā de rebus venalibus, anno M CCC XVIII. Hujus tempore Walramus, Archiepiscopus Coloniensis, ex manib[us] Wilhelmi, Comitis Iuliacensis, sui fratris, redemit castrum Popelsdorff, ei pro certa pecuniae summa, ter mille & quingentarum scilicet Marcarum, non ita pridem, per dictum Praepositum Henricum, oppignoratum. Tandem hic Henricus, in oppido Elveld, eligitur Archiepiscopus Moguntinus, & moritur circa annum M CCC LIII.

XVII. IOANNES, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. De hoc, præter nudum nomen, in antiquo aliquo documento nihil inventur. Praefuit circa annum M CCC LVII.

XVIII. WILHELMVS, COMES DE RITBERG. Sub hoc Fridericus Archiepiscopus Coloniensis circa diversa puncta fecit laudum inter Capitulum Bonnense ex una, & oppidanos Bonnenses ex altera, partibus, anno M CCC LXXIII; quo etiam hic Praepositus moritur.

XIX. NICOLAVS DE ROSENBERG, Praepositus Cameracensis, Caroli IV Imperatoris Protonotarius, nec non Friderici Archiepiscopi Coloniensis Confiliarius; præfuit circa annum M CCC LXXX. Hic certis conditionibus transtulit dispositionem Curtium in Popelsdorff & Curiackhoven in Capitulum; quod vicissim appromisit, perpetuis futuris temporibus, ob hoc beneficium, servare ejus memoriam annum; de anno M CCC LXXXIV. Moritur circa annum M CCC LXXXV.

XX. THEODORICVS, COMES à MOERSA. Hic defuncto Friderico à Sarwerden succedit Archiepiscopus Coloniensis anno M CCC XIX.

XXI. IOANNES MEYNER. Fuit Confiliarius Theodorici Archiepiscopi Coloniensis; cui oppignoravit vineales & censuiales suas Decimas in Godesberg, & alia bona diversis in locis, anno M CCC XXIX.

XXII. PETRVS DE SCHONBVRG, Nobilis Franco, & antiquæ familiæ; creatur Episcopus Auguſtanus à Martino Papa V. deinde à Nicolao V., anno M CCC XXXIX, in Concilio generali Florentiæ habito, fit Presbyter Cardinalis, titulo S. Vitalis. Interfuit Concilio Basileensi; charus imprimis Friderico III Imperatori. Praepositum resignat anno M CCC L. Moritur, plenus dierum, & senio confectus, Dillingæ, anno M CCC LXIX.

XXIII. HENRICVS COMES DE NASSAW, Praepositus Moguntinus; approbat separationem, factam per Theodoricum Archiepiscopum; & cedit Decimas, certis conditionibus, anno M CCC LXIV. quam cessionem Paulus Papa II, anno M CCC LXV confirmat. Moritur M CCC LXXIV.

XXIV. CONRADVS COMES DE RITBERG, vir perhumanus, doctus, & multis virtutibus praeditus. Hic, resignata Praepositura anno M CCC LXXXI, fit Episcopus Osnabrugensis; postmodum etiam Monasteriensis.

XXV. GEORGIVS HESSELER, Protonotarius Apostolicus, Friderici III Imperatoris Confiliarius intimus. Hic, anno M CCC LXVIII, a Sixto Papa IV creetur Presbyter Cardinalis, titulo S. Luciae in sili- ce; & dum parvo lintre Danubium parat trajicere, undis submersus interit, anno M CCC LXXXII.

XXVI. STEPHANVS, PALATINVS RHENI. Hic fuit nepos Ruperti Imperatoris, & frater Ruperti Episcopi Argentinensis, & Ioannis Archiepiscopi Magdeburgensis. Fuit etiam Scholasticus & Thesaurarius Coloniensis. Praefuit circa annum M CCC LXXXIII.

XXVII. IOANNES BAPTISTA ZENO, Venetus, filius sororis Pauli Papæ II; creatur Episcopus Vicentinus & Marchio anno M CCC LXVII; postea fit Cardinalis Diaconus S. Mariae in porticu, denique Presbyter Cardinalis & Episcopus Tusculanus, item Archipresbyter S. Petri Perusii Umbriae; fungitur legatione apud Venetos sub Sixto Papa IV. Hic, postquam anno M D IX ab Alexandro Papa V impetravit Conservatores Praeposituræ & Capituli Bonnensis, moritur Patavii, anno M D X.

XXVIII. MELCHIOR DE CVPIS, Episcopus Brixinensis, primo Presbyter Cardinalis, titulo S. Stephani in Cælio monte, dein Cardinalis S. Nicolai inter imagines. Hujus tempore, Maximilianus I Imperator confirmavit omnia privilegia & concessiones, Praepositis & Capitulo Bonnensi antea factas à Romanis Imperatoribus, Regibus, & Archiepiscopis Coloniensis; Colonia anno M D XI.

XXIX. LUDOVICVS BORGIA, Alexandri Papæ VI nepos è sorore, & Archiepiscopi Montis regalis frater. Creatur hic ab Avunculo, anno M D, Diaconus Cardinalis, titulo S. Mariae in via lata; mox Presbyter Cardinalis, titulo S. Marcelli; item major Pœnitentiarius, & Prior S. Euphemij Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani. Neapoli, equo delapsus, interiit. Praefuit circa annum M D.

XXX. IACOBVS DE CROY. Fuit etiam Episcopus & Dux Cameracensis, Sacri Romani Imperii Princeps. Hic p[er]petuum Missam, singulis diebus Bonnæ in Collegiatâ S. Caffii, loco eminentiori seu Altari celebrandam, fundavit. Obiit Bonnæ, xv Augusti M D XVI; in Choro S. Petri, dictæ suis Archidiaconalis Ecclesiæ, sepultus.

XXXI. BERNARDVS TARLATVS,

aliás **D E V I T I V S**, ex oppido Bibienna, Florentinæ Diœcesis, Protonotarius Sedis Apostolicæ, creatur à Leone Papa X, anno M D X I I I , Cardinalis S. Mariæ in porticu. Constituitur Legatus in prælio contra Franciscum Mariam Ducem Urbini, nec non pro incendia inter Principes Christianos pace ad Regem Galliæ. Ob hæc & alia præclarè gesta, Constantiensi Episcopatu decoratur. Hic Præposituram, postquam præfuit annis tribus, anno M D X I X resignavit in Successore.

**X X X I I . W I L H E L M V S D E E N K E F O R T**, patrià Traiectinus; quem Leo Papa X Notarium & familiarem suum specialiter nominat. Hic ab Hadriano Papa VI creatur Presbyter Cardinalis, titulo SS. Ioannis & Pauli. Postquam præfuit annis circiter xv, Romæ anno M D X X X I V , menfe Iunio, moritur; & ad sanctam Mariam de anima sepelitur.

**X X X I I I . F R I D E R I C V S C O M E S D E W E D A**, vir pius ac prudens. Hic ex Decano Metropolitanæ Colonensis, resignatā in Successorem Præpositurā, constituitur anno M D L X I I , in locum defuncti Ioannis Gerhardi Comitis de Mansfeld, Archiepiscopus Colonensis, & moritur Colonæ anno M D L X V I I I , ibidem apud Prædicatores sepultus.

**X X X I V . P E T R V S D E V O R S T I O**, Brabantinus, Nobilis familiæ, nunc etiam de Loonbeck diœtæ; vir magnæ doctrinæ ac prudentiæ; Sedis Apostolicæ ad partes Rheni Nunciū, & Episcopus Aqenensis. Fuit hic Imperatori Maximiliano I apprime charus; à quo ad Cardinalatum nominatus, priùs tamen, quam dignitatem assequeretur, obiit Wormatiæ anno M D X L I X .

**X X X V . I O A N N E S G R O P P E R V S**, utriusque Iuris Doctor egregius, patrià Sufatenis, Scholaisticus ad sanctum Gerconem, & Sufati ad sanctum Patroclum Decanus. Fuit hic contra hæreticos disputatione acerrimus, & libris clarus. Oblatum à Paulo Papa IV galerum Cardinalium, actis ei pro honore gratis, renuit. Idem Adolpho Comiti de Schwamburg, Archiepiscopo Colonensi, solutionem hypothecati sui Castræ Pepelsdorff obtulit; sed, termino nondum elaplo, obiit xix Martii M D L I X , ætatis sue LVI, Colonæ sepultus.

**X X X V I . C A S P A R V S G R O P P E R V S**, Iuris utriusque Doctor, Ioannis designati Cardinalis frater, Scholaisticus ad S. Gerconem; Decanus S. Mariæ ad gradus Coloniarum, & Archidiaconus Tremoniensis. Fuit hic vir multorum Principum Confiliaris; variis item functis est Legationibus; multis annis Auditor Rotæ; tandem Apostolicæ Sedis ad partes Rheni Nunciū Apostolicus cum potestate Legati de latere. Quibus officiis

cum præclare aliquamdiu præfuisse, moritur xix Martii, M D X C I V ; Coloniæ ad S. Gerconem sepultus.

**X X X V I I . P E T R V S G R O P P E R V S**, duorum priorum ex fratre nepos, Iuris utriusque Doctor, Scholaisticus S. Geronis, & Vesta Recklinckhusana Vicedominus, Metropolitanæ Colonensis Presbyter Canonicus, & Ernesti Archiepiscopi Vicarius in spiritualibus generalis. Hic prædecessorum suorum pietatis hæres, & virtutum æmulus, tum in tuenda religione Catholica, tum in conferenda disciplina Ecclesiastica, præclarum se semper & ferventem exhibuit. Moritur x Februarii, anno Christi M D X C V I , ætatis sue XLVI, Coloniæ in Metropolitanæ ad tres Reges sepultus.

**X X X V I I I . F E R D I N A N D V S**, VTRIVSQUE BAVARIAE DVX, electus Coadjutor Colonensis; Præpositus Berchtesgadensis, Magdeburgensis, Argentinensis, postmodum Administrator Colonensis; Coadjutor Hildesimensis, Leodiensis, & Monasteriensis. Hic, mortuo Domino Ernesto, patruo suo, anno M DC XI I , succedit Archiepiscopus Colonensis & Elector, nec non Episcopus prædictarum Ecclesiarum. Resignat Præposituram in successorem.

**X X X I X . I O A N N E S C H O L I N V S**, S. Theologiæ Doctor, Domini Ferdinandi Coadjutoris per multos annos Theologus & Confiliarius; fuit etiam Canonicus Presbyter Metropolitanæ Colonensis, item Leodiensis, & Archidiaconus Hannoniæ. Hic, postquam, cum consensu Gregorii Papæ XV, assumptus Coadjutorem Præposituræ, cum spe futuræ successionis, Dominum FRANCISCVM GVILIELMV M, Comitem de Wartemberg; obiit Colonæ, mense Februario M DC XXIX; ibidemque in Metropolitanæ, quam hæredem reliquit, sepultus est.

**X L . F R A N C I S C V S G V I L I E L M V S**, filius Serenissimi Ferdinandi, utriusque Bavariæ Ducis, qui in bello Truchsesiano Civitatem Bonnensem libertati restituit, & Diœcemin Colonensem totam recuperavit. Hic jam dudum assumptus, & à Sede Apostolica, vigore Bullæ Urbani VIII Pontificis maximi, anno M DC XXXI, octavo Idus Augusti, emanatus, datus Coadjutor, defuncto Ioanni Cholino immediate successor; ac xxvii Februarii M DC XXIX solemní ritu, per Procuratorem suum, possessionem accepit; dictamque Præposituram, longa illustrium professorum, tum Cardinalium, tum Episcoporum ac Principum, serie insignem, pristino decori restituit; ritum ac cærenias, Romanas potissimum, introduxit; adeo ut Collegiata Bonnensis Ecclesia, inter alias Archidiœcesis Colonensis, propius ad cultum Romanum accedat; Civitate Bonnensi, Succis undequaque

que hostiliter irruentibus, numero præsidio gravata, Clerum ejusdem Civitatis ab omnibus oneribus immunitum sua autoritate apud Serenissimum Electorem Ferdinandum præstítit ac conservavit. Summum verò ireo studium adhibuit, ut Ecclesiæ & Parœciæ, per pacificationem nuperam Monasteriensem in controveriam tractæ, ab invatione hæreticorum, habita meliori & exacta informatione, præservarentur. Memorabilia sane, & æternæ memoriarum non injuste adscribenda beneficia. Fuit, tempore adeptæ possessionis, Episcopus Osnabrugensis, Præpositus Ratisbonensis, Oethingenensis & Monacensis, Canonicus item Frisingensis; circa eadem tempora factus quoque Episcopus Mindensis & Verdenfis, & postmodum Coadjutor Ratisbonensis, succe-

dit denique anno M DC XLIX Episcopus Ratisbonensis. Anno M DC LII, in Coadjutorum dictæ Præposituræ Bonnensis, approbante & confirmante Innocentio Papa X, assumptus, cum spe futuræ successionis, Nepotem suum, Dominum Albertum Ernestum, Cathedralis Ecclesiæ Ratisbonensis Canonicum, Comitem de Wartemberg, & Dominum in Wald, summae spei & insignium virtutum adolescentem. Vivit adhuc altememoratus D. FRANCISCUS GUILIELMUS hoc anno M DC LIII, magno Reipublicæ Christianæ & Ecclesiarum suarum bono, per hæc præsertim exulceratissima tempora; cui Deus adhuc plures felices addat annos, & postmodum æternam felicitatem.



S E Q V I T V R  
S T A T V S P R Ä E P O S I T V R Ä  
E T A R C H I D I A C O N A T V S  
B O N N E N S I S.

Subsunt in universum Archidiaconatu Bonnensi ter centum & viginti Ecclesiae, tum Matrices, tum paucæ Filiales & Sacella; in quinque sequentes Decanatus rurales, ut vocant, distinctæ; quibus singuli Decani sive Archipresbyteri præsunt, ac quotannis Synodos seu Capitula celebrant.

Primus est *Arcuenfis Decanatus*, sexaginta novem Ecclesias complectens. Capitulum seu Synodum in Collegiata Ecclesia sanctorum Cassii & Florentii in Choro S. Barbaræ, ut vocant, feria quarta post Dominicam Oculi, Pastores annuatim celebrant.

*Pastores Decanatus Arcuenfis.*

Aldendorff.	Hersel.	Oberwinter, filialis.
Aldenar.	Heimertzheim.	Oedingen, filialis.
Auweiler.	Hemmerich.	Ramershoven.
Bachum superior.	Hechenbach.	Reimbach.
Bachum inferior.	Heimertzheim <i>auff der Aar.</i>	Remagen.
Bengenhoven.	Hilberadt.	Ringen.
Berg S. Luffildis.	Holtzweiler.	Roesberg.
Birgel.	Hoeningen.	Rupperadt.
Blasweiler.	Hueraedt.	Saar.
Bodendorff, filialis.	Ippelendorff.	Sechten.
Bornheim, filialis.	Keldenich.	Sintzig.
Brifach.	Kesseling.	Schwadorff.
Berckum.	Königsfeld.	Schwitz <i>auffm berg</i> , Capella.
Bremich.	Lind.	Villip.
Buschoven.	Loendorff.	Vischen.
Daun, vulgo Kirchdaun.	Melem.	Vnckelbach, filialis.
Dernaw.	Meil.	Vrffel.
Dumpelfelt, filialis.	S. Martini prope Koesberg.	Walburgenberg.
Flertzheim.	Metternich.	Waldorff <i>auff der Aar</i> , filialis.
Francken.	Morrenhoven.	Waldorff.
Fritzendorff.	Murdtscheidt.	Weilerwift.
Gelsdorff.	Neukirchen <i>in der Seürsen.</i>	Wesseling.
Grawenkindorff.	Neukirchen.	Widdig, Capella.

Secundus est *Decanatus Buranus* sive *Burgi*; tempore Ferdinandi, Ducis Bavariae, Prepositi, & postmodum Archiepiscopi Colonienfis, ex Arcuenfi ob ejus amplitudinem erectorum; constat viginti Parochiis. Capitulum, Bonnæ in Parochiali Ecclesia S. Martini, feria secunda post Dominicam Reminiscere, celebratur.

*Pastores Decanatus Burani.*

Alftter.	Erfstorff.	Leimersdorff.
S. Remigii Bonnæ.	Eckendorff.	Meckenheim.
S. Gangolphi Bonnæ.	Endenich.	Nierendorff, filialis.
S. Martini Bonnæ.	Fuesdorff.	Nungsdorff.
Carweiler.	Kessenich.	Wadenheimb.
Dietkirchen.	Lengsdorff.	Witterschlick.
Dottendorff.	Leschenich.	

Tertius

*Tertius est Decanatus Tolbiacensis*; octuaginta quinque Ecclesias sub se habens. Illi adjunctus est *Districtus Ostilingia*, ex undecim Parocesis compositus; cui Decanus Tolbiacensis jure Archidiaconali specialiter praefit. Synodus sive Capitulum celebratur feria quinta post Dominicam Reminiscere, in Parochiali Ecclesia Divi Petri Tulpeti.

*Pastores Decanatus Tolbiacensis.*

Antweiler.	Hoven S. Margaretæ.	Stotzheimb.
Abenden, filialis.	Iunckersdorff, filialis.	Scherwel.
Berg prope Nidecken.	Ienich, filialis.	Divi Petri Tulpeti.
Berg prope Vlasdorff.	Kirspenich.	B. Mariæ Virginis Tulpeti.
Bernstein.	Krickheimb.	Vetweis.
Bessenich, filialis.	Kuckenheim S. Nicolai.	Vrotsheim.
Blentz, filialis.	Kuckenheim S. Lamberti.	Vlatten.
Bleibur.	Kievezawe.	Vlpenich, filialis.
Boor.	Langendorff, filialis.	Vriesheim.
Burvenich.	Leskenich.	Vlamersheim.
Großen Bullesheim.	Lovenich, filialis.	Vey.
Kleinen Bullesheim.	Losheim, filialis.	Willersheim, filialis.
Commeren.	Lommersheim.	Wollersheim.
Difternich.	Loendorff.	Weiler auf der Inen.
Drimborn Capella.	Mechernich.	Wichtrich.
Drees.	Mertenich.	Wedesheim.
Drove.	Muddersheim.	Weingardten.
Eichs.	Nidecken.	Weiskirchen.
Embecken, filialis.	Niderawe.	
Erp.	Oeloff.	
Elvenich.	Oelheimb.	
Elfig.	Odendorff, alias Vndorff.	Albania.
Euskirchen.	Pissenheim, filialis.	Belua.
Esch.	Roevenich, filialis.	Bullingem.
Entzen, filialis.	Ringsheimb.	Burgenbach.
Eukenheim.	Roexheim.	Contzen.
Gartzem.	Rudesheim.	Kaldenheiberg.
Gelcken.	Scheven.	Malmundarium.
Gladbach.	Severnich, filialis.	Mongovia.
Hausen, filialis.	Sintzenich.	Rechta.
Hergarden.	Söller.	Semrad.
Heimbach.	Stockheim.	Weimbs.
Hoven S. Maximini.	Strasfeld.	

*Districtus Ostilingia.*

Albania.
Belua.
Bullingem.
Burgenbach.
Contzen.
Kaldenheiberg.
Malmundarium.
Mongovia.
Rechta.
Semrad.
Weimbs.

*Quartus est Decanatus Eifflie.* Is septuaginta Ecclesiis comprehenditur. Capitulum bis in anno, primum feria quinta post festum S. Lucæ, secundum feria secunda post Dominicam Cantate, Monasterii Eifflie in Collegiata Ecclesiæ Sanctorum Chrysanthi & Darii, à Parochis adiutor.

*Pastores Decanatus Eifflie.*

Adenaw.	Budenrad, filialis.	Effelsberg.
Allendorff.	Calcar, filialis.	Hammelen.
Answeiler.	Cunenberg.	Hillesheim.
Awe.	Daun.	Hilgerad.
Arburg.	Dalheim, filialis.	Honningen, filialis.
Arenberg.	Dollendorff.	Holtzheim.
Barweiler.	Deckweiler.	Kaldenbornhoach.
Berndorff.	Dumpfeld, filialis.	Kaldenreifferscheid.
Bettingen.	Dorfel.	Kelberg.
Billig, filialis.	Dottelen.	Keldenich.
Blanckenheimerthal.	Esch.	Kimmerscheid, filialis.
Blanckenheimerdorff.	Eschweiler.	Lefendorff.
Bragfcheid.	Ewersheim, filialis.	Lommendorff,

## 272 S Y N O D I B O N N E N S E S.

Montium Eiffliae.	Rockenkeil,	Vdenbret, filialis.
Meshnen.	Rhor.	Vlmen.
Meringen.	Saresdorff.	Vdeshoven.
Manderfeld.	Schold.	Vfs.
Mulheim.	Schonaw.	Vxheimb.
Nidereche.	Schmidheim.	Weisbeumen.
Noeten, filialis.	Starkiel.	Weyer.
Nurberg, filialis.	Steinborn.	Weinfelt.
Obereche.	Tagscheid.	Werfshoven.
Ormunden.	Tondorff.	Zeintzheim.
Ripsdorff.		

*Quintus est Decanatus Sigburgensis, ex sexaginta quinque Parochiis compositus, quotannis in oppido Sigburgensi, feria quarta post Dominicam Cantate, in Parochiali Ecclesia S. Servatii, Synodum seu Capitulum celebrat. Plurimæ Ecclesiæ in hoc Decanatu, qui per Ducatum Montensem late extenditur, ab hæreticis subtrcta sunt. Liberam cæteroqui constitutionem & electionem Decani, dicti Capituli, contra prætensionem Abbatis Sigbergensis, modernus Dominus Præpositus autoritate & præsentia sua Pastoribus five Curatis afferuit.*

*Pastores Decanatus Sigburgensis.*

Aldenkirchen.	Gommersbach.	Newenkirchen.
Aldenrath.	Haenrad.	Numbrich.
Altdorff.	Hamft.	Oberpleis.
Alpenrad.	Huppenschos.	Odenpiel.
Aßpach.	Hachenberg.	Overrad.
Bernbach.	Hamme.	Rammershagen.
Berchem.	Herschingen.	Rheid.
Blanckenberg.	Honneff.	Rosbach.
Breitbach.	Kyrb erg.	Runderath.
Cassel superior.	Konigswinter.	Rupichderad.
Cassel inferior.	Kudenkoven.	Sigberg.
Crotbach.	Lahr.	Stieldorff.
Dattenfeld.	Libberhausen.	Vckerad.
Droistdorff.	Lomer.	Vilich.
Dollendorff.	Luisheit.	Vnckel.
Eckenhagen.	Mosbach.	Waldbrock.
Eitorp.	Mehren.	Waldscheid.
Erpell.	Mons S. Ægidii, filialis.	Wiedennift.
Flamersheim.	Mondorff.	Windthaen.
Gebertshagen.	Morsbach.	Winterscheid.
Geistingen.	Much.	Wifsheimb.
Grimborn.	Nidder pleu.	

A L I A